omnes morte ejusdem Mariti sui derelicta, Cum omni Successor.
Jure Dominio et appretio, omnibusque et singulis earundem bonorum
Utilitatibus fructibus Proventibus redditibus Commodis et emolumen-
tis attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis nullis penitus exce-
ptis tenebit habebit et possidebit absque quiete et pacifice usque ad
[illegible] Post mortem vero ejusdem Consortis sui, extunc bona quae
omnia suprascripta morte ejusdem Mariti sui derelicta, ad Successores
ejusdem Mariti sui sine gravi contradictione Successorum ejusdem Con-
sortis sui devolvi debebunt et tenebuntur. Similiter etiam si prae-
us praenominatam Generosam Theressam Siwkowna Consortem
suam, quam ejusdem Maritum e hac Luce decedere contingerit
extunc eadem Mariti bona suprascripta quae omnia morte ejusdem Consor-
tis derelicta, Cum omni Successorum bonorum Jure et appretio,
omnibusque et singulis eorundem Utilitatibus fructibus proventibus reddi-
tibus Commodis emolumentis, nullis exceptis, tenebit habebit
et possidebit, absque quiete et pacifice ad extrema Vitae suae du-
ntaxat tempora. Post mortem vero e hac Luce decessum ejusdem Mariti sui bona sua suprascripta quae omnia morte
ipsius derelicta ad Successores ejusdem Consortis sui sine gravi Contra-
dictione Successorum, ejusdem Mariti ipsius devolvi et cedebunt, ipsis
personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Glinka consorti reformat

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Bre-
sticensibus Generosus Franciscus de Kąkoły Glinka Generosi Stanislai
de eadem Kąkołow Glinka, Cum Generosa Sophia Hermanowska
Consorte ejus Unica procreatus filius, Sanus mente et corpore Exi-
stens a Terris Districtibus Suisque Jurisdictionibus quibus quibus
aliis et competentiis recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Bre-
sticensi Jurisdictioni, quoad hunc Actum praesentem attendendo sese
Successoribus ac bonis suis quae omnibus, totaliter et plenarie incorporans
atque subijciendo.

satisfaciendo, palam libere publice expresse recognovit. Quia Ipse Prinsa Theressa Piwkowna Grosi Nicolai de Pianowice Cum Grossa Caeilia Sobiekurska procreata filia, sui Vero Recognoscen Consorti suo Charo, ejusq posteris Summam Duarum Millium & Quadringentorum florenorum Poloniae, ratione verò dotis & expeditionis post illam acceptae & in domum suam importatae, Nec non aliam similem summam Duarum millium et Quadringentorum florenorum Polonicalium ratione Dotalitii In & super totali et Integra Medietate Bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum & obligatoriorum Mobilium & immobilium summarumq quarumvis pecuniariarum, Nec non auri argenti Clenodiorum Unionum Margaritarum, vestium vestimentorum, item Stanni Cupri Aeris Orichalci, equorum equitiorum pecorum pecudum, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae & in posterum habendae, in quavis forma et materia existentium dedit donavit dotalitiavit Inscripsit et reformavit, prout dat donat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus. Per Ipsam Grosam Theressiam Piwkowna sui Recognoscen Consortem Charum ejusq posteris eandem Medietatem Bonorum suorum generaliter omnium, Cum Universis commoditatibus, & usufructibus, Competenq praerogativa quaevis tenendi habendi et possidendi, Ibisq quiete & pacifice usufruendi ac ad suos suorumq successorum quosvis beneplacitos usus fruendi libere & effectualiter Convertendi, vigore ac More aliarum reformationum, hactenus & diutius in Regno observari solitarum Officii praesentis Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Piwkowna abrenuntiat.

Comparens personaliter Coram Officio & Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Grosa Teressa Piwkowna Grosi Nicolai de Pianowice Piwko Cum Grosa Caecilia Sobiekurska Consorte ejus Charissima procreata Filia, Grosi Vero Francisci de Rosaly Ślinka Consortis Charissimae, Cum ejusdem Mariti sui ut Tutoris Conveniebis